



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 5. An teneatur ratione Jubilæi quis differre iter?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

S. 2. De *subjecto, seu capaci.* 139

duarum hebdomadarum spatium, in quo cum quiete & devotione possit se preparare; inquit Lugo n. 123. & cum eo Gobat n. 88.

Quare, licet in loco publicationis fuisset per totam primam hebdomadam, & in dimidio secundæ hebdomadæ iter agat; poterit, finito itinere, Jubilæum lucrari. Item, licet ultimo die primæ, vel secundæ hebdomadæ, iter ingrediatur: Quia nec tunc habet hebdomadam completam, ad quietem & devotionem requisitam. Lugo *ibid.* Gobat n. 90.

Q. 5. *An teneatur ratione Jubilæi quis differre iter?*

R. Negativè. Nam Bulla sine distinctione offert gratiam iter agentibus. Gobat *ibid.* *sub finem.*

Q. 6. *An omnes peregrini & advenæ potiri possint Jubilæo concesso illi loco, in quo versantur?*

R. Affirmativè. Probat praxis: & quidem, sive perveniat ad istum locum ante, sive primùm post publicationem.

Ratio